

Band IX., Nr. 3844, Seite 270-271

Das Kloster Gnadental und die von Weigenheim vergleichen sich wegen des Vorwerks in Pleichfeld.

Ohne Ortsangabe, 1289. März 28.

In nomine domini. Amen. Notum sit universis presens scriptum visuris, quod, cum soror Petrissa abbatissa et conventus sanctimonialium in Gnadental ordinis Cystericiensis Mergardim viduam, Reinhardum, Wolfelinum, Heinricum, Gotfridum, Elizabet, Katherinam pueros ipsius vidue dictos de Wigenheim coram . . decano de Futewangen iudice a sede apostolica delegato traxissent in causam pro quadam curia, que vulgariter vorwerk dicitur, sita in villa Bleichvelt cum suis attinentiis et huiusmodi questione per aliquod tempus durante, tandem per modum amicabilis compositionis mediantibus fratre Johanne ordinis Minorum fratrum domus Herbipolensis, fratre Kraftone de domo Theutonicorum aliisque discretis viris decisa extitit in hunc modum, quod predicta matrona pueri sui et omnes ipsorum heredes dare et solvere debent predictis . . abbatisse et conventui annuam pensionem undecim maldrorum siliginis et eandem pensionem tempore messuum in civitate Herbipolensi presentare suis laboribus et expensis absque vara ad curiam, quam ipsa abbatissa et conventus ad hoc duxerint deputandam. Verum quia predicti rei solvunt etiam Heinrico, Reinhardo et Johanni fratribus dictis de Bopphingen singulis annis tredecim maldra siliginis, quos pro eadem pensione iamdictae . . abbatissa et conventus traxerunt in causam, si ab ipsis heredibus evicerint, sepredicti rei eadem tredecim maldera solvent et presentabunt . . abbatisse et conventui sepredictis cum predictis undecim maldris, prout superius est expressum. Item pro omnibus neglectis sive subtractis prefata matrona et pueri sui dare et solvere debent viginti quatuor libras Hallensium infra duo festa assumptionis videlicet et nativitatis sancte Marie nunc proxima abbatisse et conventui memoratis. Eedem vero abbatissa et conventus ex resignatione predictorum contulerunt ipsis predictam curiam et ipsorum heredibus cum omnibus suis attinentiis quesitis et inquirendis iure hereditario possidendam sub pactis et condicionibus preexpressis promittentes ipsis deponere et remove per iustitiam omne impedimentum, quodcunque sustinuerint in ipsa curia ex parte heredum felicis recordationis domini Manegoldi comitis de Wilperg et aliorum quorumcunque et facere warandiam, que de bonis hereditariis iuxta terre consuetudinem fieri consuevit. Sepredicta etiam abbatissa et conventus huic actioni in totum cesserunt et expresse renuntiaverunt omnibus actionibus sibi competentibus contra predictos reos et ipsorum heredes

II

pro actione supradicta et omni iuris auxilio canonici vel civilis. In quorum omnium et singulorum testimonium sigilla videlicet domini Walkūni abbat̄is de Schonental visitatoris ipsarum in evidentiam sui consensus, domini Al. de Lewenstein scolastici et archidiaconi Herbipolensis, domini . . decani supradicti et . . abbatisse de Gnadental presentibus sunt appensa.

Datum anno domini MCCLXXXIX., feria secunda post dominicam Judica.

—

Textabdruck folgt dem Original.

3 beschädigte Siegel: 1) des Abts von Schöntal, s. Bd. 7 S. 120. 2) der Äbtissin von Gnadenthal, s. Bd. 6 S. 260. 3) des Dekans Sigfried von Feuchtwangen, spitzoval, c. 45, 32 mm., ein Geistlicher, der einen vor ihm Knieenden segnet; Umschrift; S . SIFRIDI . DECA . . . DE . FIVHTWA . . .

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

GL 5 Schubl. 37 Nr. 12

Überlieferung und Textkritik:

Original; war ehemals im Fürstlich Hohenlohischen Hausarchiv in Öhringen. Eine Abschrift befand sich im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatrar HStA Stuttgart H 14 Nr. 118, S. 166.

Editionen:

Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 2, Codex Diplomaticus, 106, Nr. 90.

Regesten:

Zeitschrift Württembergisch-Franken, Bd. 9, S. 43.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bopfingen Wohnplatz (4288)

Bopfingen, AA

Feuchtwangen, AN

Gnadental Wohnplatz (3103)

Gnadental, Michelfeld, SHA

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

Löwenstein Wohnplatz (2065)

Löwenstein, HN

IV

Unterpleichfeld, WÜ

Weigenheim, NEA

Wildberg, Bad Königshofen im Grabfeld, NES, W

Würzburg, WÜ